

Dissertatio Theologica De Proditore Juda Et Petro Horumq[ue] Peccato & Poenitentia

Rostochii: Typis Joh. Weplingii, [1702]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003435432>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 9.Dez. 1702

Niehenck, Georg Frid.

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE

PRODITORE

J U D A

ET

P E T R O

HORUMq;

PECCATO & POENITENTIA,

QVAM

GOËLE FORTUNANTE NOSTRO

CONSENSU VENERANDÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PRÆSIDE

DN. GEORGIO FRID.

Reichenf / Rostoch.

PHIL. D. & S. THEOLOGICÆ LICENTIATO

Faure & PATRONO SUO MAXIME

OBSERVANDO

AD DIEM 9. DECEMBR. ANNO M. DCCII.

IN AUDITORIO MAJORI

VENTILANDAM PROPNIT

JOHANNES *Reich* / Perlb. March.

SS. THEOL. CULTOR.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

32

1702

DISSERTATIO THEOLOGICA

PRODIGE
I U D A

P E T R O

PEC-CATO-RO-BO-REN-TIA

IN-ACADEMIA ROSTOCKENSI
IN-ACADEMIA ROSTOCKENSI
IN-ACADEMIA ROSTOCKENSI

DR. GEORGIO FRID.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

JOHANNES GILBERTUS MARCH

ROSTOCKIUM THEO. VERMIDICI

Goële Fortunante!

CAP. I.
DE
JUDA PRODITORE:
SUMMARIUM.

S. I. Judam à DEO verè dilectum esse Calvinianis absurdum. S. II. Pro-
batur vero ab amore in omnes Apostolos communi. Fuit electus Chri-
sti Apostolus. Audivit salutaria. Vidit miracula Christi & ipse
patravit. S. III. Interfuit S. Cœna institutioni. Prob: contra Pon-
tificios & Calvinianos. S. IV. Verum corpus & sanguinem Christi
accepit. Prob: contra Job. Coccejum. S. V. ab amore in eum speciali. No-
tatur D. Rechenbergius cum Terministis S. VI. Desperavit & laqueo
sibi met ipsi vitâ ademitt. Grovius & Heinsius notantur. Amoris divini
terminus. Locus Act. I. 25. explicatur S. VII. Transitus ad Cap. II.

S. I.



DE Proditore Juda eiusque peccato & pœ-
nitentia acturi primo loco non possumus
initio, quoniam amorem Dei verum & sincerum,
quod Judam est complexus, miremur. Licet
vero amor ille Calviniano Spiritui absur-
dus videatur, evidentissimis tamen argu-
mentis ex Codice sacro petitis à nostris ha-
ctenus Theologis demonstratum est. Ut
hâc vice argumenta ab universali amore
DEI in peccatores omnes deducta silenti
peplo involvamus (1) exhibemus tamen ea amoris divini docu-
menta, quæ partim cum cœteris Apostolis communia habuit, par-
tim in semetipsum speciali ratione expertus est.
(1) conf. Magnif. Dn: D. Hannekenii Disp: de amore Dei salutari in Ju-
dam proditorem, quam Christoph: Samuel Martini Superin: Lie-
benwerdensis pro gradu Doctoris Theologi defendit Cap. I. §. 4.
S. II.

A 2

§. II. Inter ea autem argumenta amoris divini, quæ cum cæteris Apostolis communia habuit Judas, occurrit imprimis *vocatio ad Apostolarum*. Christus enim ab initio duodecim elegit, qui cum ipso essent, quos & Apostolos *missos* nominavit, quod nomen inter Judæos satis familiare fuit, *שלש* vel *שלשה* vid. Matth. IV. 18. 21. X. 1-5. Marc. II. 14. III. 14. Luc. VI. 13, de quibus in univ. loquitur Petrus Act. X. 41. quod fuerint divino suffragio lecti testes resurrectionis ipsius, qui ab initio cum ipso ambulaverint, ederint, biberint conf. Act. I. 22. Inter hos discipulos unus fuit *Proditor*, quod plane memorabile est & ex sacris literis constat. Cur autem Christus Judam proditorem, Satanam turem, filium perditionis in Sanctum Apostolorum chorum asciverit? de eo Patres *Origenes* (a) *Ambrosius* (b) aliique pias sovent meditationes huic recedentes: id factum, ut scriptura impleretur; ne turbemur si videamus electos gregis Domini Pastores in lupos commutari; vel Ecclesiam à malis administrari; ne personas sed doctrinam æstimemus, pervasi ministerium etiam impiorum, si verbum DEI integrum dispensent, à DEO efficaciam suam habere; humilitatem magni faciendam; non oppido totam Ecclesiam collapsuram, si columna cadat. Illud certissimum est, Salvatorem nostrum admirabili hoc facto Amorem suum sincerum in Proditorem declarasse, ita ut ea vocatio jure merito illustre favoris divini speculùm appelletur. Fuit Judas Apostolus divinitus electus adeoque ab ipso Spiritu Sancto necessariis in tantum ministerium instructus & ornatus donis. Salutarem doctrinam, quam Christus maximo & piissimo Zelo contra Veritatis adversarios cæteris inculcabat discipulis, ipse etiam audivit; audivit verba vitæ. Miracula, quæ Salvator non tantum secundum divinam sed & humanam naturam ex omnipotentia divina ipsi realiter communicata, patrabat, oculis suis contuitus est. Et quod admirandum, ipse virtute cælitus concessa, ea faciebat; Dæmones fugabat, leprosos mundabat, ægrotos sanabat, ut habet *Chrysostomus* [c] Nihil etiam eorum, quæ ad victum àmicrumque requirebantur, ipsi deerat. En amorem Christi sincerum in Judam proditorem!

(a) *Tractat. XXXV. in Matth.* [b] in Cap. V. *Luc.* (c) in *hom.*
Quod nemo leditur nisi à se ipso,

§. III. Aliud amoris divini documentum iudiciumque recludet
 ex

ex eo, quod ipse non tantum *institutioni sacrae cœnæ interfuerit*; sed & cum Eucharistico pane & vino verum & substantiale Christi corpus & sanguinem, quamquam in sui ipsius condemnationem, accepit. Duo heic brevissimis demonstranda (1) Judam Proditorem Institutioni sacrae cœnæ interfuisse. E. Pontificiis *Turrianus* (a) *Salmero* (b) *Barradius* (c) E. Calvinianis *Calvinus* (d) *Beza* (e) *Wendelinus* (f) aliique contrarium tueri haut erubescunt. Sed vero pro nobis & scriptura & suffragia antiquiorum ac recentiorum Doctorum militant. Scripturam S. hâc in parte si scrutari placet, uti fas est, necessario Evangelistarum monumenta conferenda, quippe in quibus omne sententiæ nostræ præsidium atque robur latet. Ordine autem procedamus ac sequentia imprimis momenta, dissentientibus opponamus. Nempe (α) Dulcissimum Salvatorem nostrum Luc: XXII, 21., cum Eucharistiam sacram Discipulis porrexisset, collationem quendam instituere inter suum sincerum ac verum amorem & proditoris sui cruentum consilium hisce verbis: *π λην ιδε η χειρ ε ωρα διδου με μετ' εμε*; quibus ut *Augustinus* recte judicat & infallibilis testis Johannes advertit, in præsentem Proditorem, digitus quasi intentus fuit. (β) Marcum cap. XIV. v. 17. & 20. in manifestatione proditoris numerum duodecim Apostolorum adhuc integrum fuisse satis perspicue indicare. Jam vero, ut Lucas adserit, manifestatio Proditoris post cœnam sacramentalem facta est. (γ) Johannem cap: XIII. v. 30. expressis demonstrare verbis noctem fuisse, cum proditor discessisset, in quam agnipschalis commestio extensa non fuit, sed quæ dubio procul omnem terminavit cœnarum illarum adparatum. Cœna enim quam Eucharistica communio finiit, vespere instituta fuit, quod si ergo Judas non nisi altâ nocte discessit, utique etiam illi Cœnæ interfuit, in quo sacramentum N. T. institutum. Hisce momentis calculum suum addunt Patres. Vid: *Augustinus* (g) *Chrysostomus* (h) *Theodoretus* (i) Nostrates Theologi communi consensu idem defendunt, Conf: B. *Barthol: Battus* (k) *Albertus Grauerus* (l) *Daniel Lagus* (m) *Joh: Christoph: Octonius* (n) *D Justus Christoph: Schomerus* (o) *Dn. D. Philipp: Ludovicus Hannekenius* (p) *Dn D. Fechnerus* Patronus noster filiali observantiâ colendus (q) Coeteros quis enumerabit? E. Calvinianis nobiscum sentiunt *Witaker* (r) *Joh: Coccejus* (s) & alii plures.

A 3

(a) Lib.

(a) *Lib. V. contr. Clement.* (b) *Tom. IX. Tract. III.* (c) *in Luc. XXII.*
 (d) *Lib. IV. Instit. c. XIV. §. 15.* (e) *P. II. Respons. ad Colloq. Momp.*
p. 119. (f) *Exerc. 114.* (g) *Serm. II. de verbo Domini* (h) *Hom.*
LXXXIII. in Matth. (i) *in 1. Cor. XI.* (k) *In A. C. Disp. XVI. de Cœn.*
Dom. §. CXXV. (l) *Prælect. in A. C. P. II. Loc. de Cœnâ Dom. p. 276.*
 (m) *In Agæx: de manducat. Corp. Christi &c. pro B. Job. Gerhar-*
do contr. Wendel. p. 201. seq. (n) *In Disp. de Jude Iscariotis commun.*
Sacrament. (o) *In Colleg. Anti Calvin. Cap. XX. de S. Eucharist.*
Qv. VI. (p) *c. l. cap. I. §. 14.* (q) *in Colleg. Pastoral. cap. XIII. §.*
XXII. & Cap. XIV. §. IX. n. 6 (r) *In Tract. de Script. qv. 6. c. 12.* (s)
Tom. III. opp. in Evang. Luc. §. 3. fol. 57.

§. IV. Sic ergo Judas Proditor cœnæ Encharisticæ interfuit.
 Quid? Non tantum interfuit, sed etiam, quod II. considerationis
 nostræ punctum est, cum pane & vino verum corpus & sanguinem
 Christi accepit. Calviniani huic divinæ vertati sese omnibus, quod
 ajunt, lacertis opponunt. Audiamus ex illorum grege Job. Coc-
 cejum ad Lucæ verba commentantem (i) *Neque tamen sequitur, in-*
quit, Judam accepisse corpus Domini. Nam jussus accipere panem,
ut corpus Domini, non accepit illud, nisi ut panem. Neque enim verba
Christi, quibus ille panem substituebat loco corporis vocans illum cor-
pus suum, miscuit fide. Et sic indignus comedit, non discernens cor-
pus Domini, cui panis ille tanquam pignus substituebatur. Christus
autem hoc exemplo docuit, non omnes, qui accipiunt panem, accipere
corpus Domini, nec pro omnibus illis esse sanguinem ipsius effusum.
Quæquam enim jussio edendi panem cum fide cœlestis vocationis (ut Ire-
neus loquitur) hoc est, divinæ illius nuncupationis, qua panis voca-
tur corpus, pertineat ad omnes, ad quos pertinet mandatum fidei, ta-
men consolatio, qua certum habent corpus Domini pro ipsis fractum
esse & sanguinem pro ipsis fusum, non nisi ad fideles pertinet. Ideo
Christus hic NB Judam expresse excipit: significans eum, qui Chri-
stum in fide non habet, neque habere remissionem peccatorum ex fusione
sanguinis ipsius, neq. sanguinem ipsius pro illo fusum esse. Tantum
abest, ut dici possit corpus Christi comedisse aut sanguinem ejus bibisse.
 Verum enim vero hæc omnia tanti momenti ponderisque non sunt,
 ut veritatem destruant. Nam (.) Verba institutionis: accipite,
 comedite, hoc est corpus meum, æque ad Judam atque ad reliquos
 Apolto.

Apostolos se extendunt. Non enim Apostolis dixit *hoc est corpus*, Judæ verò *hoc significat corpus & sanguinem meum*, sed idem exhibuit omnibus. (B) Ipse Coccejus concedit Judam accepisse signum. Jam argumentor contra illum: Quicumque in hoc venerando epulo accepit signum, ille etiam rem signatam, vi unionis sacramentalis. Sed Judas accepit signa externa panem sc. & vinum E. & rem signatam corpus & sanguinem Christi. (C) Dulcissimus salvator pro omnibus hominibus se in arâ crucis obtulit. Diabolico ergo conatu excipit Judam Coccejus. Arguo: Pro quocumque corpus Christi in arâ crucis oblatum est, ille etiam id ipsum in ulu sacræ cœnæ comedit, ratio consequentiæ hæc est: Quia Christus Apostolis illud corpus sub pane manducandum dedit, quod Cruci suo tempore erat affigendum. Sed corpus Christi etiam pro Judâ Proditore in cruce oblatum est; ratio, quia Christus agnus DEI totius mundi i.e. tam indignorum, quam dignorum peccata tulit. E. etiam Judas indignus corpus ejus comedit. (D) Indignitas sumentis sacramenti integritatem in se nec ponit, nec tollit, nisi absurdissimè statuere velimus: indignis partem sacramenti adeoque non integrum administrari: Fidem utentis absolvere sacramenti et sententiam: Unionem sacramentalem non pendere ab institutione & virtute divinâ; sed ad arbitrio sumentis: manducationem indignorum sacramentalem non esse: Communicantes reatum æterni judicii contrahere ex nudi panis & vini usu, quorum tamen usurpatio in se, sine peccato est. Eandem manducationem indignorum ipse Paulus 1. Cor. IX. 27. 28. distincte & perspicue adserit. His etiam suffragantur Orthodoxi Patres & Doctores. Videtis Augustinum

(2) Chrysostemum (3) Hieronymum (4) Bernhardum (5) & alios plures. Horum vestigia secuti sunt doctores nostri. conf. B. Lutherus (6) Form. Concord. (7) Centuriatores Magdeburgenses (8) Martinus Chemnitzius (9) Matthias Hasenrefferus (10) Leonhardus Huttenus (11) aliiqve supra citati Theologi.

- (1) c. l. (2) Epist. 162. & contr. Fulgent. lib. 9. (3) in 1. Cor. II. (4) L. II. contr. Jovian. (5) serm. 8. de Commun. (6) Tom. II. Wittenberg. f. 525. (7) de Cœn. Dôm. pag. 743. (8) Cent. 1. lib. 2. c. IV. f. 363. (9) desac. Cœn. c. X. (10) In loc. Theol. p. 552. (11) In explicat. lib. concord. p. 74. 599.

S. V.

§. V. Prævidit quidem DEUS sapientissimus, rerum scrutator Proditoris malitiam vere diabolicam, quâ ipse Spiritus sancto gratiam saluberrimam offerenti obicem ponebat, benignitatem ac patientiam floccipendebat; Ob eam tamen prævisionem noluit simpliciter eum deserere; noluit ipsi ante finem vitæ gratiæ fores præcludere; sed verum corpus suum ipsi manducandum, verumq; sanguinem bibendum præbuit, ut ad deperditam integritatem restitueretur; sincero & paterno adfectu eum sæpissime allocutus cor intimè suffodere & in pœnitentiam propositi concitare voluit. conf. B. *Balthasar Meisnerus* (a) & B. *Jacobus Wellerus* (b) En autem Amorem, quem speciatim Judas expertus est! Christus ante desperandum discessum ipsi væ æternum annuntiavit & addidit; bonum esse illi homini, per quem filius hominis proditur, si natus non fuisset Matth. XXVI. 20. 1q. Marc. XIV. 19. Luc. XXII. 22. quo ipso salvator non indicavit; judam jam tum inconvertibilem fuisse, ut vult Dn. D. *Rechenbergius* (c) aliiqve ejus focii somniant; sed voluit eum ex aviâ in viam regiam reducere & à damnationis periculo revocare. conf. Dnn. *Theologi Wismarienses* (d) & *Disp. nostra Inauguralis* (e) At, prohdolor! surdo hæc dicebantur. Ipse salvator pro Judam moriturus non aversatur hostem; non repulit hypocritam ab osculo, non fulmine cœlitus evocato attrivit latronem, sed condolens ejus cœcitati & miserum ad respicientiam revocans, blandissimo dicto ipsius ferit conscientiam dicens: Amice ad quid ades? Ita Judas eo Christi amore adamatus est, ut ad meliorem reverti potuisset statum; sed noluit, Obcœcatus ergo sua & Diaboli circumventus malitiâ prodidit Salvatorem, non ut salus ab eô veniret hominibus, sed ut ejus venditione sua furta augerentur.

(a) *In Questionibus vexat. quest. 3.* (b) *In Anatom. Masson. P. I. p. 631.*

(c) *in Dispuc. de Stat. indurat. §. 31 p. 30.* (d) *in Respons. Apol. Dnn. Theol. Rost. annexo p. 24.* (e) *de matæologiâ Terministarum Artic. II. §. 3.*

§. VI. Hujus sceleris postea pœnituit quidem Judam, quam ob causam sacerdotum principibus & senioribus triginta argenteos, quos ab ipsis acceperat, reddebat Matth. XXVII. 3. Sed hæc pœnitentia non vera, verum hypocritica erat, vel potius planè manca, id est nulla. Contritio aderat altera pœnitentiæ pars; ubi autem fides, pœnitentiæ anima? agnoscebat peccatum; dolore afficiebatur,

tur, sed fide caruit. Ubi autem contritio est sine fide, ibi desperatio locum obtinet, quæ nociva est atque ad mortem ducit; quemadmodum contra Contritio cum fide conjuncta proficua est & salutem adfert. Desperavit itaque Judas disjectâ omni invitantis sceleris amoris divini memoriâ. Perit suâ culpâ, qui detrectabat vivere gratia Dei, quæ ipsum usque ad ultimum vitæ halitum comitabatur. Salvandus erat, si ordini amoris obsecundasset, quod amore tractus poterat; sed recusavit salutem, hinc sibi ipsi manus violentas injiciebat; laqueo enim vitam infelicem terminabat, cuius facti Matthæus expressit initium. Lucas finem supplens divinitus, quod deerat narrationi Matthæi. *Consilium Proditoris fuerat, sunt verba Casauboni (a) strangulatione sibi vitam eripere; aptat collo laqueum; impellit se ut eo facilius fauces elidat; Placuit divinæ providentiæ, ut non simplici morte sceleratus Proditor periret, frangitur laqueus, cadit in faciem Judas, id enim est πρηνὴς γενόμενος, cadit autem vel in Saxum fortassis asperum, vel in ligni truncum acutum, aut alias Dei judicio venter illi finditur, intestina effunduntur.* Addit B. Joh. Gerhardus (b) multa prodigia divinæ ultionis manifesta indicia concurrisse. Hugo Grotius (c) & Daniel Heinsius (d) Judam non strangulatione faucium, sed gravissimo exulceratæ conscientiæ tormento occubuisse adserunt, eumque non è loco sublimi, sed simplici casu in terram prolapsum intestina effudisse, quâ morte etiam Achitophel perierit, teste Elia in Thisbi. At omnia fabulose, ceu recte judicat B. Ottonis (e) Achitophelem suspendio periisse & literæ sacræ & Josephus (f) adstruunt. Elias autem in Thisbi, non nisi alienam refert sententiam. Nec sufficit quævis dixisse, pondera ex sacris verbis fluentia quibusvis imaginationibus præterenda sunt. Vid. B. Danbæuerus (g) Sic Proditor infelicem exhalavit animam & cum fine vitæ finem quoque habuit amor divinus. Post hæc fata nullus amplius pœnitentiæ locus. Hactenus gratiæ affulserat lampas; cum autem impœnitens proditor semetipsum contra Salvatoris sui amorem in mortem præcipitat, Væ illud antea prædictum irrogatur ipsi. A munere enim suo transit in locum suum inquit Lucas Act. I. 25. Quæ verba omnino de inferis intelligenda sunt, ad quos tanquam ad locum suum detrusus fuit Judas

B

das

das finaliter incredulus. * Quod autem Evangelista non dicat; abiit ad Tartara, ad inferorum tormenta, ad tenebras exteriores, ad Regnum Sulphuris & bituminis, illud ipsius animo mansueto & prudenti & ab acerbitate alieno tribuendum est. Simpliciter dicit: *abiit ad locum suum*; quasi a sententiâ contra Judam ferenda vellet abstinere, totumque istud negotium iudicio & arbitrio superni Numinis committere. Per locum vero intelligitur Gehenna, quæ etiam in genere vocabatur Locus & varia continebat loca. conf. *Stephanus Le Moyne* (h).

(a) *Exerc. XVI. ad Ann. Baron. Ann. XXXIV. n. 75.* (b) *in Harmon. Cap. CXC.* (c) *ad Matth. XXVII.* (d) *ad Matth. XXVII. & Act. I.* (e) *c. l. §. 3. Conf. M. Jacob Röser in Dispp. de morte Jud. Prodit. Christi ad Matth. XXVII. v. 5. & Act. I. v. 12.* (f) *Lib. VII. IX.* (g) *In Christ. A. I. Phenom. III.* * *Michael Balbus Judam beatissimæ accenset*, ut notat *Theophilus Raynaudus in Judâ Prodit. p. 689.* (h) *In Not. ad Var. Sacr. p. 520. conf. Georgius Gæzius de Suspendio Jude.*

§. VII. Hic ergo videmus quam sincere DEUS hominum etiam induratum cupiat salutem; Hic videmus quanta pœna insequatur finalem impœnitentiam. Potuit Judas remissionem peccatorum consequi; Dei enim gratia exsuperabat peccatum; sed noluit. Pœnitentiam egit, at non veram. Quilibet mortalium, quamdiu in vivis est, adjuvante Spiritu Sancto, pœnitentiam veram agere & in gratiam redire potest. Exemplo esse poterit *Petrus*, cujus lapsus & pœnitentiam hac Dissertatione ulterius sistere placet.

CAP. II. De PETRO LAPSO & CON- VERSO.

M E M B R. I.

De LAPSU PETRI. SUMMARIUM.

§. I. *Subiectum s. persona peccans est Petrus. Differt à Petra. Vocatur*

tur

cur alias Simon & NES. Notantur Clemens Alexandrinus & Joh. Harduin. Habuit uxorem. Locus 1. Cor. IX. 5. explicatur. Pontificii resutantur. Non fuit Ecclesia Romana. Episcopus Oecumenicus. Refutantur iterum Pontificii. Locus 1. Petr. V. 1. explicatur. Nunquam fuit Rome. §. II. Locus ubi abnegatio Petri contigit, est Domus Caipha. §. III. Ordo rei gestae breviter recensetur. §. IV. Abnegatio Petri fuit gravissimum peccatum. Notantur Patres quidam, Calviniani, Pontificii & Stengerus, simulque resutantur.

§. I.

Subjectum ergo sive persona peccans nostram ordiatur tractationem. Quæ illa? Petrus dulcissimi JESU discipulus. Petrus, ut à nomine ejus incipiamus, est denominativum à Petra, ut Christianus à Christo. Hinc Augustinus (a) Ecclesia, inquit, fundata est super Petram, unde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petro petra, sed Petrus à Petrà. Sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur. Petra juxta Philologorum sententiam, est rupes seu saxum ingens vel mons. Petrus vero masculinum, est parvus lapis, quales sunt, qui pugillares lapides salutantur, quod manum impleant, vel est aliquid à monte revulsus vid. Dan. Tilenus (b) vel significat Petram unitum vid. Coccejus (c) Wilbelmus Momma (d) Ita Petrus & Petra differunt, ut denominans & denominatum. Petra denominat, Petrus denominatur. Certum est denominans & denominatum non posse æqvè de eodem dici. Non enim idem est lapis & lapideus, fides & fidelis, Philosophia & Philosophus, fortis & fortitudo. Qvis concluderet: Quidam homo est fidelis. E. est fides. Quidam homo est Philosophus. E. quidam homo est Philosophia. Hector est fortis. E. est fortitudo. Sic consequentia Pontificiorum non procedit: Simon est Petrus. E. est petra. Effet enim idem ac si quis argumentaretur, Aristoteles est Dialecticus. Dialectica est organon scientiarum. E. Aristoteles est Dialectica. Contrarium sane sequitur: Aristoteles est Dialecticus; E. non est Dialectica. Hector est fortis. E. non fortitudo. Ita etiam recte con-

cluditur. Simon est Petrus E. non est petra. Differt enim Petrus à Petrà, ut Dialecticus à Dialecticâ. Vid. B. *Dannbauerus* (e) Dn. D. *Job. Frid. Mayerus* (f) *Dan. Chamier* (g) *Johan. Lud. Ruelius* (h) Alias Simeon vel Simon nominatus fuit. Hoc nomen accepit à Parentibus, illud à Christo vid. Matth. X. 2. c. XVI. 16. 18. Joh. I. 43. A quo tempore *Cephas* dictus est 1. Cor. I. 12. III. 22. IX. 5. XV. 5. Gal. II. v. 9. neque enim in his locis alius quidam, hoc nomine indigitatur, unus nimirum è LXX. discipulis, ut vi sum Clementi Alexandrino & relatum Eusebio approbatumque, à *Joh. Harduino* Soc. Jesu Presbytero [i] id enim præter Scripturam fingitur & ab *Ambr. brofio* (k) refutatur. Est autem *Κηφᾶς* nomen Syriacum, ubi *ܢܦܫܐ* significat, quod proprie est femininū & quando fit nomen viri & masculinum, intelligitur esse denominatio à Petra observante *Coccejo* [l] Eum habuisse uxorem constat 1. Cor. IX. 5. Ubi Paulus sibi adserit potestatem circumducendi sororem mulierem. Per *γυναικα* enim Apostolus intelligit uxorem *γαμετήν*. Sunt, qui velinthe intelligi non uxorem, sed feminam liberam, quæ scilicet interserviret. Sed refutantur à *Coccejo* (m) quia (1) dixisset *ἀδελφὴν* solum (2) non decuisset Apostolos cum comitatu mulierum venire (3) Clemens Alexandrinus memorat, Petrum habuisse uxorem & eam cum ipso peregrinatam fuisse & eam vidisse coram seductam ad mortem. Apostolus de se hic loquitur ita, ut non satis constet nobis quoad hunc locum habueritne uxorem nec ne? Nam poterat habere uxorem, sed eam relinquere in certo loco & non circumducere, ne scilicet cogeretur Ecclesius esse gravis. Ita Eusebius putat. Sunt qui Philipp. IV. 3. putent conjugem ab ipso compelliari. Sed ex cap. VII. hujus Epistolæ liquet, Apostolum aut non duxisse uxorem, aut fuisse viduum. Act. VII. 58. *Νεανίας* appellatur cum Stephanus lapidaretur. Conf. hæc de materiâ *Jacobus Laurentius* (n) Petrus autem non tantum habuit conjugem (conf. Matth. VIII. 14. Marc. I. 30. Luc. IV. 38.) sed & circumduxit. Vid. *Thomas Cartwright* (o) *B. D. Michael Siricius* (p) Pontificii frustra dicunt, Eum deseruisse uxorem suam post vocationem. *ωειρη* & jam vocatus erat, quum tamen rationem habuit *πυθεράς*. Atqui inquit, Matth. XIX, 27. Petrus dicit: Nos relinquimus omnia

omnia. Verum enim verò potest quis omnia relinquere & tamen uxorem non deserere. Potest enim cum uxore omnia relinquere. Ita & Petrus domum habuit & navim & rete: & tamen reliquit omnia. An verò Petrus fuerit Ecclesia Romanae Oecumenicus à Christo constitutus Episcopus, res altioris indaginis est. Pontificii communiter affirmant Bellarminus (q) Samelron (r) Alphonsus à Castro (s) Gregorius de Valentia (t) Job. de Turrecrimata (u) Job. Baptista Casalius (x) aliiqve innumeri: Falsam autem Romanistarum hypothelin & nullis scripturæ locis communitam esse facile inde patet quia (1) in scriptura Apostoli omnes uno eodemqve gaudent titulo citra superioritatis aut inferioritatis respectum 2. Cor. XI. (2) Act. IX. legitur Petrus ab aliis Apostolis cum Johanne missus in Samariam (3) Petrus ipse non arrogavit sibi potestatem in Ecclesiam: *Consenior sum*, inquit 1. Petr. V. v. l. q. d. in regendâ Ecclesiâ nihil mihi arrogans, sed tantum consenior haberi volens. Oecumenius hic monet, senio rem pro Episcopo dici. Nam & in Actis cap. XX. 17. *πρεσβυτερος* dici, qui *ἐπίσκοποι* erant. Sed hic locus aperte ostendit non agnovisse Petrum gradum aut potestatem in Ecclesiâ supra *πρεσβυτερος*. Si nomen Presbyteri capiamus pro eò, qui major sit Presbytero, quam belle hoc sonabit? solis Episcopis dedit mandata, non etiam Presbyteris, sive etiam senioribus, etiamsi seniores compellet. Si Cœpiscopum se dicat in gradu sc. superiore & cum potestate majore, quam habent cœteri seniores, quomodo admonitionem, quæ omnibus convenit, proponens, se nominat verbo Collegam eorum, cum non velit haberi Collega eorum? Deinde quæso cujus Ecclesiæ Episcopus erat tunc Petrus, cum per Sylvanum Hierosolymis cum Paulo proficiscentem, hæc scriberet? Nam Hierosolymorum Episcopus non dicitur fuisse. (4) Historia Actuum Apostolicorum Act. II. testatur, Petrum accusatum fuisse & reprehensum ab aliis Apostolis, quæ omnia à prærogativis oecumenici Episcopatus alienissima esse solent. Idem ergo secundum Cyprianum (y) fuit Petrus, quod fuerunt reliqui Apostoli, dispares tantum in eò, quod Petro Judæorum, Paulo autem gentium cura potissimum commendata legatur Gal. II. 9. cum ali-

as cum cœteris Apostolis dignitate officii & vocationis maxime æquales essent. Ex hac Petri & Pauli conventionem dubium non exiguum oritur; *An Petrus Apostolus unquam fuerit Romæ?* Si enim Iudæos docere debuit, utique non Romæ, sed Hierosolymis residere debuisset; quid quod nec Paulus Romam scribens Petrum salutari jubeat, quod utique fecisset, si eum Romæ fuisse novisset, cum sigillatim alios salutet amicos Act. XVI. 14. quæ majorem adhuc lucem inde mutuantur, quod Paulus per biennium Romæ degens, nullam ullibi Petri mentionem injiciat; nedum Petrum sibi visum esse Act. XXIIII. 14. Phil. II. 21. quin potius queratur se ab omnibus in defensione Evangelii Romæ relictum fuisse 2. Tim. IV. 16. & præter Aristarchum, Marcum & Jesum, cognomine justum è circumcisis adjutores sibi nullos fuisse in regno Christi Col. IV. 10. Quæ certe querela Petro præsentem non indignisset. Fuerit autem Romæ vel non fuerit? ad historicam magis quam ad Theologicam pertinet fidem, Nobis ex supra dictis demonstasse sufficit; Petrum non fuisse Oecumenicum Ecclesie Romanæ Episcopum. conf. *Job. Cocceus* [z] *Claudius Salmasius* (aa) *Job. Lassenius* (bb) *Frid: Spanhemius* (cc) *Franciscus Burmannus* (dd) *B. Job. Quistorpius*, ad D. Jacob. Pastor & Prof. Theol. [ee] Dn. D. *Habichborstius*, *Pater in Christo ad Cineres usque venerandus* (ff) Dn. D. *Christoph: Conrad: Görizius Affinis noster conjunctissimus* (gg) *Anonymus* (hh) & alii passim.

(a) *Tract: 184. in Job: (b) In animadvers. contr. Bellarminum lib. I. c. X. p. 74. (c) Tom. IV. opp. Comment. in cap. XVI. Matth. §. 7. f. 29. (d) in Oecon: Temporum Tom. II. lib. III. c. V. §. 151. p. 189. (e) in Append: Id. & B. J. Sect. II. Art. 6. §. 41. part. 2. p. 291. (f) in Dissert. Sel. & Diss. V. p. 164. sq. (g) Panstrat. Carol. Controv. Tom: I. lib. XI. c. 2. f. 192. (h) in Diss. Inaug. de Monarch. Eccles. ad Matth. XVI. post. II. §. 91. Anno 1659. Rostoch. sub Præs. Job. Christoph. Oeconis hab. (i) In Chronol. V. T. Paris. Anno 1699. edit. p. 287. (k) Comm. in 1. Cor. IX. 5. conf. B. Job. Andr. Qvenstedt in Diss. de Paulinâ Petri Inceperat. ad Gal: II. v. II. sqq. quam pro Doctoratu defendit B. Michael Walther. Anno 1687. Wittcb. (l) Tom. V. opp: in 1. Petr. I. §. 5. f. 713. (m) Tom.*

Tom. IV, opp. *Comment. 1. Cor. IX, f. 665.* [n] *In Paulo dicitur*
Loc. XXV. p. 376. 199. (o) *in Harm. Evang. p. 204 sq.* (p) *in*
Cipens. fundam. ut. Abominat. Pap. &c. Apol. 1. c. XLIX. p. 134.
 (q) *lib. I. Tom. I. de Pontif. Roman. Contr. 3. Ar) Tom. 13. lib.*
 1. p. 3. *Disp. XI. (s) advers. heres. lib. 12. (t) Analys. lib. 7. (u)*
summ. de Eccles. lib. 3. (x) de Veer. sacr. Christian. ritibus c.
 LXXVII, p. 388. 199. (y) *lib. de Univ. Eccles. (z) Tom. VII. opp.*
append. in animacv. in Bellarm. Contr. ad lib. de summo Pontif.
S. r. 199. f. 11. alibiqve passim. (aa) In Tractat. de Primat. Pape
 (bb) *In Disp. Inaug. de Princip. Romanens. Autoritat Anno 1607.*
Gryphiswald. sub Præs. D. Matthæ Tabberci habit. adfert. I.
 S. 35. 199. (cc) *in Disquisit. Hist. quâ Petrum Apostolum Rome*
numquam fuisse conjectatur. (dd) Tom. II. Oecon. fæd. lib. VIII.
 c. 16. p. 556. 199. (ee) *in Disp. de Moderno Rom. Pontif. S. 8. 199.*
 (ff) *in Disp. de Papâ Rom. &c. (gg) In papatu irrational. Chri-*
stiano Helwicio Apostata opposit. c. III. S. 16. 17. 19. (hh) *In*
der Cuoriöjen fürstellung des heünigen Pabstihums Anno 1693. edit.
Seß. II. p. 6. 199.

S. II. In abnegationis tempus anxie admodum Docto-
 res inquirunt & variantes à se invicem foveant sententias. vid.
 Emanuel Saa (a) Jansenius (b) Gerhardus (c) Coccejus [d] Nico-
 laus Arnoldus (e) Thomas Cartwright (f) Henricus Nicolai (g)
 Nos de his cuilibet erudito Lectori judicium relinquimus, & ad
 locum, ubi abnegatio Petri contigit, propterea nos. Variant autem
 hinciterum Doctores. Quidam in ædibus Hannæ; alii in domo
 Caiphæ eam contigisse putant. Nos supponimus: Christum om-
 nium primo ad Hannam ductum fuisse, cum tamen summus
 sacerdos iste non fuerit, ex iis rationibus quia paulò antè summo
 sacerdotio functus erat, vir præcipuæ autoritatis, ætate venera-
 bilis & Caiphæ summi tum sacerdotis socer erat, ut qui filiam
 ejus uxorem habebat Joh: XVIII. v. 13. quem Caiphæ ipse ut Patrem
 honorabat, ac per hos annos inter omnes Archiepiscopi ordinis
 Pontifices præstabat. Et fortasse præ cæteris ille curavit, ut Chri-
 stus proderetur & caperetur. Honoris ergo huc primo Chri-
 stum ductum fuisse putamus, ut ex ejus aspectu tanquam fediri-
 osti &

oli & sacerdotum oforis gaudium & voluptatem senex caperet. Alii alias rationes adducunt, quæ incertæ sapius sunt, de quibus *Casaubonus* (h) aliique videri possunt. Hoc supposito posteriori sententiam, quæ Matthæi, Marci & Lucæ autoritati innititur, approbamus. Audiamus hanc in rem *Centuriat. Magdaburg:* (i) *diferentes: Ingressi urbem cum captivo Jesu primum eum ad Hannam adducunt, quod forte in itinere ea domus primum occurreret, tum quod Caipha pontificis sacer esset, gratificaturi utrisque. Ibi arctius vincitur. Inde autem relictâ in domum Caipha, quæ eo anno, summi pontificis munereungebatur, pertrahitur, ubi & cæteri sacerdotes, scribe & seniores convenerant. Sequebatur autem Jesum Petrus è longinquo & alius quidam discipulus (quem vulgo Johannem fuisse existimant, ut Chrysostomus, Cyrillus, Theophilactus, Nicephorus, Hieronymus, Brentius, Hunnius aliique. Cornelius à Lapide (k) eum ex occultis Christi discipulis fuisse, qui metu Phariseorum non publicè confessi, conjectat. Augustinus verò nihil certi ob scripturæ silentium determinandum esse censet) qui cum notus esset Pontifici, intrmissus est. Petro autem ad ostium pauli, per expectante, impetravit ille alter discipulus, ut & ipsi ingredi lieret. In inferiore aula parte, ministri congestis & accensis prunis propter nocturnum frigus se calefaciunt, ad eos Petrus rerum finem expectare volens, accedit calefaciendâ sui gratia. Eum conspicata ancilla tanquam ignotum, procaciter eum alloquitur: Et tu Jesu Galilæus Discipulus? Petrus negat & senæque notitiam hominis habere ait, nec scire quid dicant. Paululumq; in atrium excedit, ibi galli cantum audit. Conf. Dn. L. Job. Christian. Engelschall (l)*

(a) *In Schol. in Evang. ad b. l.* (b) *In Harm. Evang.* (c) *In Harm. passional. ad b. l.* (d) *Tom. VI opp. Disp. Sel. 36. §. 28. f. 9.* (e) *In Luc. in Tenebr. P. II. ad Matth. XXVI. v. 34. p. 121.* (f) *In Harmon. Evang. p. 573. seq.* (g) *In passionalibus §. 32. qv. 5.* (h) *Exerc. 13. f. 4. 5. & Exerc. 16. f. 33.* (i) *Cent. I. lib. 1. c. X. f. 335.* (k) *Comment. in Cap. XXVI. Matth. v. 58.* (l) *In Disp. pro Licent. Anno 1701. Lipsiæ de Petro peccante & pœnitente habet. Aphor. III p. 1. sqq. s. III. Tandem, quo ordine res fuerit gesta, ut expendamus, necesse est. Non autem calculum nostrum addimus sententia*

tice

tia *Cajetani* (1) putantis: Petrum negasse Christum septies scilicet
 quater à viris ter à feminis tentatum; ipse enim Christus Os verita-
 tis ter id futurum prædixit Matth. XXVI. 34. & trina confessio ne-
 gationi reposita Joh. XXI. 17. idem adstruit. Diversitates vero Ev-
 angelistarum hic occurrentes facili possunt negotio conciliari.
 Quod de uno narrant quidam, Johannes à multis factum ait cap.
 XVIII. 25. ut successivè multi Petrum interrogare eiqve dicere potue-
 rint: Et tu ex discipulis ejus es? Contigit prima negatio sub ingres-
 sum Petri in atrium Pontificis, cum enim ostiariæ ancillæ alter, qui
 Petrum introducebat, aliquid secretò in aurem dixisset, & fors an ut
 B. *Gerhardus* arbitratur, sub silentii fide, quis Petrus esset, detexisset,
 illa tamen garrula facile effutiit, quæ commissa erant. Nonnulli
 tamen istam excusant, ac si non odiò sed misericordiâ tacta blande
 fuerit Petrum allocuta: Num tu ex discipulis ejus? Subintelligens,
 & sponte te in angustias conjicis, vel putant propterea fuisse locu-
 tam, ut adstantes moneret, ne liberius de Magistro judicarent, cum
 discipulus adstaret. Inter hæc tequebatur Christi examen coram
 Pontifice horæ circiter morâ interjectâ. Tum Petrus audiens disci-
 pulorû fieri mentionem & Salvatorem in faciem cædi videns, maxi-
 me opere preturbabatur. Ministri quoq; excitati alterius ancillulæ vo-
 cibus sic alloquuntur illum: Tune ex discipulis ejus? Cur ergo ve-
 nisti in nostrum consortium? Ille juramento adsertorio interposito
 secunda vice Christi notitiam ejurat. Non multo post, cum Chri-
 stus per falsos testes & ab ipso Pontifice blasphemia argueretur, tu-
 multuante aula Petrum iterum incipiunt interrogare curiosi. De-
 mum cognatus Malchi fortissimè illum convincit testimonio ducto
 ab *ΑωνΨια* & dialecto lingvæ Galilææ. Tunc Petrus nimium me-
 tuens cœpit exsecrari & dejurare. Bene de ordine harum nega-
 tionum accuratissimus Exegeta B. Dn. *Caspar, Hermann sandhagen-
 nius* (2) disserit: Die Wagg hat angefangen Petrum zu versuchen/
 als Er hinein gegangen/ darumb hebet Lucas und Johannes davon au/
 doch hat er den Herrn nicht alsobald verleugnet/ sondern ist erst zum Feu-
 er hingegangen/ wohin eben die Wagg gekommen und Ihn abermahl ver-
 suchet. Dis verschweiget Johannes, und führet die erste Verleugnung
 alsobald zu der ersten Versuchung. Nach der ersten Versuchung setzet
 Johannes in natürlicher Ordnung den Anfang des Verhörs / welchen
 Matthæus und Marcus ferner erzehlen. Unter dem Verhör verleugnet
 Petrus

Petrus den Herrn zum erstenmahl / worauff er getrachtet hat hinaus zu gehen. Nach diesem ist er von einem andern Magd versucht / welcher die vorige Thürhüterin bengefallen / auch die Knechte die beyhm Feuer stehen / dar auff ist die ander Verleugnung erfolgt / *16.* Atque hæc omnia gestant in aula Caiphæ.

(1) *In Cap. XVIII. Johann.* (2) *In der Einleitung zu den Geschichten des Herrn Jesu Christi p. 128.*

S. IV. De ipso Petri lapsu s. abnegatione quæri solet quantum fuerit peccatum? Patres ut Hilarius, Hieronymus, Origines aliiq; interdum excusant & extenuant. Ex Calvinianis Nicolaus Arnoldus (a) *Defecit non in totum, inquit, sed in tantum, quia Christus pro eo oraverat, ne fides ejus deficeret Luc. XXII. 2: Defecit ergo confessio in ore sed non fides in corde.* Idem ante eum docuit Job. Maccovius (b) E. Pontificiorum castris citamus Pricæum (c) qui ita de Petro judicat: *Ex metu fecit, non ex corde, quod ex metu autem fit non est voluntarium. Erravit in facto ut privata persona, non ut caput Ecclesie vel docens ex Cathedra.* cont. Toletus (d) aliiq; E. Lutheranis idem fermè defendere conatur *Jobann: Melchior Stienger* (e) scribens: *Die Sünde Petri ist nicht eine geringe / sondern schwere Sünde gewesen; aber man hält nicht so ins gemein gewiß dafür / daß es recht verdammende Todt. Sünde gewesen. Ut alias ejusdem furfuris taceam, locutiones. Nos putamus hanc Petri abnegationem gravissimum peccatum fuisse (1) respectu operantis, qui Christi Apostolus ultra triennium in Scholâ Christi eruditus. (2) objecti, quod verum & unicum salutis fundamentum (3) adstantium impiorum ac infidelium, quibus summum fidei scandalum objectum (4) modi, quo alia peccata concurrerunt, ut temeritas, inconsiderate enim Petrus ingressus atrium. Monitus de scandalo & negatione erat, re ipsâ in fugâ timiditatem suam expertus erat, fugam in angulo deplorasse utilius, loca suspecta & occasionem peccatis præbentia vitasse, quam adiiisse consultius erat. Sed exitum rei videre percipiens adit, intrat, impiis se sociat, cum ex Christo exitum jam audisset. Temeritati succedebant garrulitas, timiditas, diffidentia, iterata repetitio, execratio & devotio, nominis divini abusus, mendacium, perjurium, obstinatio, ut nî Petrus resipuisset, Christus coram Patre suo eum negaturus fuisset. Unde & mortale ac damnabile peccatum fuisse adpareret ac jugiter per totam vitam de eo poenituisse & quoties per noctem*

noctem gallum cantantem audivit, amare flevisse Petrus à Clemente dicitur, ceu *Cornelius à Lapide* (f) observat. Ratio ab *A. noldo* allata haut firmo talo stat. Nam quis adfereret; Petrum tum habuisse fidem in Christum quando eum abnegabat? ubi fides cordis ibi & confessio oris esse debet Rom. X. 9. 10. Deinde si Petrus fidem & Spiritum s. retinisset, quomodo Christus dixisset ad eum: *Et conversus confirma fratres tuos?* Si fuit conversus sequitur, quod peccaverit, quod etiam fidem amiserit, quod gratia Dei exciderit. Quid enim alias opus fuisset conversione? Verba igitur Christi dextre sunt intelligenda. Nam Christus non hoc vult dicere, quasi Petrus fidem non amiserit eo tempore, quo Christum abnegabat, sed hic est sensus: Rogavi pro Petro ne permaneret in infidelitate, sed aliquando converteretur conf. *B. Job. Tarnovius* (g) *Andreas Kunadus* (h) *L. Engelschall* (i) *Præci* sententia nititur falsis hypothesibus nempe omne peccatum esse debere voluntarium, Pontificem Romanum non posse errare; quas tamen Theologi nostri invictis argumentis hactenus refutarunt. Deinde supponitur Petrum fuisse Pontificem, quod tamen falsum, ut constabit ex *S. I.* (a) *In Luc. in Tenebr. P. II. ad Loc. Matth. XIV. p. 144.* (b) *In Theol. polem. cap. XVII. de fide Qv. II. §. I. p. 144.* (c) *In observat. Cathol. p. 468.* (d) *In Cap. XVIII. Job.* (e) *In der Einschränkung f. 4.* (f) *In Cap. XXVI. Matth. v. 75.* (g) *in Diss. Inaug. de perseverantiâ Sanctorum, quæ extat in Exerc. Sacris p. 502. 599.* (h) *In Diss. de Conversione hom. ab infidel. ad fidem. Witteb. Anno 1660. Cap. III. §. 5.* (i) *c. l. Actor. IV. p. 32. 599. conf. Dn. D. Jacobi Henningii Diss. de Verit. fidei tempor. &c. Sect. III. §. 2. Dn. D. Bartoldi Bossacci Theologi Hafniensis de mutabil. Stat. restit. §. 36. p. 26. sq.*

M E M B R. II.

De POENITENTIA PETRI.

SUMMARIUM.

S. I. Agitur de poenitentia Petri causa principali & instrumentali. S. II. Materia circa quam s. objectum poenitentia est omne peccatum tum originale tum actuale. Notantur Sociniani, Arminiani, Pontificii & Pietista imprimis D. Job. Guilielmus Zieroldus. S. III. Materia ex qua poenitentia constat sunt due partes contritio scil. & fides, quod in genere & in specie probatur. Non est duplex poenitentia, refutatur.

G 2

Dr.

Dn. D. Spenerus §. IV. Petri Pœnitentia constabat contritione & fide. §. V. Epilogus.

§. I.

L Apsum sequitur Pœnitentia. *Vidisti* inquit B. Brentius (α) *in Petro imaginem maximi peccatoris, nunc autem vide imaginem hominis à peccato respicientis.* Hoc autem momentum ut adcuratius expendamus (1) *Causam* pœnitentiæ Petri principalem & instrumentalem (2) *materiam* circa quam f. objectum (3) *materiam* ex qua pœnitentia constituenda est, pensabimus. *Causa principalis* hujus pœnitentiæ fuit tota Sacro Sancta Trinitas. De *Patre* nullum quidem moveri potest dubium, constat enim hoc ex istis Scripturæ locis, quæ adserunt, omnem sufficientiam nostram ex Deo esse 2. Cor. III. 5. illum in nobis operari & velle & perficere Phil. II. 13. illum incipere in nobis bonum opus & perficere; illum gentibus etiam dedisse respicientiam ad salutem Act. XI. 1. E. & Petri sufficientia ex Deo fuit, E. & in Petro operatus est Deus 7^o velle & perficere. E. in Petro bonum opus incepit (quale est ejus pœnitentiam) & perfecit, E. & Petro respicientiam ad salutem dedit. De *Filio* etiam res clara est. *Aspexit enim Christus Dominus Petrum: Qværis: Qvalis hiccæ Christi intuitus in Petrum fuerit? Partim* exterior & corporalis, unde *τῶν πρεσβυτέρων* Luc. XXIII. 62. conversus dicitur. Christus in altiori loco stetit, in quo & confederunt Seniores, & hinc ipse potuit Petrum adspicere & Petrus Christum ad se versum observare inquit *Coccejus* (β) *partim* interior & spiritualis, blandus & comis commotionem & misericordiam junctam habens, ut eo ad Pœnitentiam Petrus induceretur. Gestu & signo agere voluit, non verbis & monito, ne coram omnibus eum confunderet, & in extremum vitæ discrimen discipulum suum adduceret. *Spiritum Sanctum* quoque veram ac principalem pœnitentiæ Petrinæ causam fuisse constat ex eo, quia iste renovationis nostræ ac regenerationis autor vocatur Tit. III. 56. qui voluntatem à peccatis avertit Gal. V. 16. 17. 18. intellectum illuminat Eph. I. 17. 18. & vivificat Joh. VI. 63. 2. Cor. III. 6. Hinc bene B. Gerhardus noster: *Accessit interior ac efficax motus Spiritus S. siquidem radiis gratiæ suæ cor Petri tangit, penetrat, & illustrat, ut ex tenebris & somno excitatus de lapsu sui gravitate cogitet. Causa instrumentalis s. organica* pœnitentiæ fuit verbum Dei, lex nimirum & Evangelium. Lex arguebat peccatum, Petrum peccatorem accusabat

accusabat, damnabat, terrefaciebat & mallei instar cor ejus conterebat. Per legem agnitio peccati; peccatum non cognovi, nisi per legem inquit Paulus. Sed sola Lex ad poenitentiam non sufficit, verum & Evangelium requiritur, si salutaris illa esse debeat & ad illam sequi remissio peccatorum. Ita quoque hic Evangelium succedebat, quod cor prostratum iterum erigebat, fidem accendebat, justitiam quoque & vitam æternam reddebat. Conf. de his causis Magnif. Dn. D. Henningius Theologus in Academiâ Gryphiswaldensi Senior & de Orthodoxyâ meritissimus (7)

(α) In Harm. passion. p. 696. (β) Tom. VI. opp. Diss. Sel. XXXVI §. 52. f. 95. (γ) in Diss. de Poenitentia contra Böhmiū Anno 1692. hab. Punct. II. th. III. & V.

§. II. *Materia circa quam* s. objectum poenitentiae ex parte contritionis est omne peccatum tum originale, tum actuale quaecumque. Vid. B. Avus meus D. Königius (1). Etiam de peccato originali David conqueritur confessor peccati non materni, sed sui Psalm. LI. 7-8. & de occultis, quæ non intelligit, remissionem, implorat Ps. XIX. v. 13. Et Publicanus Luc. VIII. stans *μανηθην* in loco peccatorum, de quo vid: Josephus (2) sincerâ & humillimâ animi submissione ob peccata præterita dolet, simulq; ad *ἰλασθῆναι* quod est Jesus Christus, confugit. Paulus Regenitus (hoc notamus adversus Socinianos in specie Socinum (3) Volckelium (4) Arminium (5) & Arminianos (6) Pontificios, Pieristas imprimis D. Joh. Guil. Zieroldum (7) Vid. B. Calovius (8) Estius (9) Balthaf. Meisnerus (10) D. Joh. Georg Neumannus (11) Johannes Coccejus (12) & alii.) de *παραπτώσει* suâ conqueritur ex malo illo adjacente ejusque motibus involuntariis nec adprobatis Rom. VII. 14 -- 24. omnes iniquitates vestras à vobis projicite, quibus prævaricati estis Ezech. XVIII. 31. E. nullum peccatum, qualescunque sit generis & conditionis excipitur, de quo poenitentia non sit agenda. De fraude, de rapinâ, idololatriâ &c. agenda est poenitentia E. Zech. XVIII. 18. 21. 22. E. de minimis maximisque. Et sancti omnes DEUM de peccatorum remissione implorant Ps. XXXII. 6. edocti à Christo, utorent: Pater remitte nobis debita nostra Matth. VI. 12. decepturi se ipsos, si dicerent peccatum se non habere I. Joh. I. 8. Ita etiam Petrus, licet ore aperto scelus commissum non confiteatur; loquitur tamen lacrymis; lacrymis culpam fatetur, ejusq; remissionem toto animo totoque corde desiderat. (1) In

- (1) *In Theol. posit. Loc. de Pœnit. §. 533.* (2) *lib. II. contra Appionem*
 [3] *in Comm. ad Cap. VII. ad Rom. & P. I. de Christo Servat. c. IV.*
nec non in Praeleſt. Theol. cap. XXI. (4) *lib. IV. c. 4. V. c. 19. (5)*
Inſpec. traſt. in hoc Cap. Anno 1609; edito inter opera ejus p. 824.
 (6) *in Apol. c. XI. p. 129. ſqq* (7) *in Anal. Fidei & c. p. 41. ſqq. de*
ſtatunat. & gratia. (8) *in Theol. Apoſt. Rom. orac. LV. p. 277.*
 (9) *in Comm. ad h. l.* (10) *in Anthropol. Dec. I. Diſput. VIII p.*
222. ſqq. (11) *in Diſp. de Perfeſtiſimo Regenitiſ attribur: ad Rom.*
VII. 14. ſqq. (12) *Tom. IV. Opp. Comm. in h. l. f. 475. ſq.*

§. III. *Materia ex quâ analogicè diſta pœnitentia conſtituitur ſunt duæ partes contritio & fides. Uti enim duo media ſunt, per quæ pœnitentia efficitur, ita etiam duæ partes, in quibus pœnitentiæ ratioformaliſ conſiſtit. Contritio ex lege, fides ex Evangelio. Duæ hæ pœnitentiæ partes in genere probantur [1] Ex vocibus μετάνοιας, μετάνειας &c. quibus & terminus, à quo & ad quem formaliter notatur, & quidem ita ut in termino à quo ~~καρδία~~ ac laceratio cordis, in termino ad quem fides, per quam pœnitentes accipiunt remiſſionem peccatorum conf. Act. XXVI. 18. Jer. XXXI. 19. Joël. II. 13. à peccato verò non recedimus niſi per contritionem, ad D'EUM autem non accedimus niſi per veram fidem. (2) Ex Explicatione vocis μετάνοιας primùm generaliter propoſitæ Matth. III. 2. diſtinſta per reſipſcite & credite Evangelio Marc. I. 15. ita & quod Act. XIV. 15. dicitur *annunciamus vobis converti ab his vanis ad Deum vivum* Cap. XX. v. 21. Apoſtolus ſic exprimit: *Teſtificans Judæis & Græcis pœnitentiam in DEUM & fidem in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* [3] quibus parribus univerſa doctrina pœnitentiæ à Chriſto comprehenſa eſt, illis etiam pœnitentia conſtat. Atqui contritione & fide univerſa doctrina pœnitentiæ comprehenſa eſt Marc. I. 15. E. Item; quidquid requiritur ad præconium Apoſtolorum & quo illud ~~κατανοήσας~~ comprehenditur, illud omnino ad veram pœnitentiam, conſtituendam requiritur. Atqui contritio & fides ad præconium Apoſtolorum requiritur E. conf. Luc. XXIV. 47. Act. XVII. 30. (4) ab Exemplis pœnitentium, Davidis Pl. XXXII. peccatriciſ Luc. VII. publicani aliorumque vid. *Centur. Magdeb.* (a).^o (5) ſimili de curatione morbi ubi ex parte patientis requiritur & morbi agnitio & medicamenti ſuſceptio. In ſpecte contritionem paræmpœnitentiæ eſſe conſtat ex deſcriptione pœnitentiæ Joël. II. 13. lacerate*

lacerate corda Jer. XXXI. 19. Fidem partem poenitentiae esse demonstratur (a) ex Act. XXVI. 18. ubi in Conversione expressa mentio fidei, per quam accipiatur remissio peccatorum. (β) Inde quod per fidem distinguatur poenitentia vera & salutaris ab extrinseca Hebr. II. 6. (γ) Inde quod poenitentia statuatur à parte nostrae medium obtinendi remissionem peccatorum Luc. XXIV. 46. assequendi vitam aeternam Act. II. 18. E. non potest non essentialiter includere fidem, quia per fidem justificamur & salvamur & sine fide nemo justificatur & salvatur. conf. B. *Hülsemannus* (b) B. *Scherzerus*. (c) contra *Calixtum* vid. B. *Egid. Strouch* (d) D. *Henning*. (e) Dn. D. *Georg. Henr. Gæzius* (f) aliique Theologi passim. Quamquam autem recte duae poenitentiae partes constituantur, nempe contritio ex lege, fides ex Evangelio; non tamen duplex datur poenitentia, altera legalis, altera Evangelica; ut docet Dn. D. *Spenerus* (g) Nam scriptura sacra unius tantum meminit poenitentiae eamque ita describit. Et Calviniani eandem adhibentes distinctionem à nostratibus rejiciuntur. Vid. B. *Menzerus* (h) Dn. *Theologi Witienbech*. (i) Nec poenitentia vera commode dicitur mere Evangelica, ut itidem Dn. D. *Spenerus* (k) defendit; Nam contritio non est Evangelii Hoc enim non terret, sed consolatur; sed ex Lege est, uti hactenus Communis nostratium sententia fuit: Ratio: quia Evangelium non est concio poenitentiae. Conf. Dn. D. *Deutschmannus* (l) D. *Hanneken*. (m) Dn. D. *Schelguigius* (n)

(a) *Cent. I. lib. I. c. IV. f. 150.* (b) *In vindic. sacr. script. Aric. 27. p. 94.* (c) *in system. Hülsem. p. 502. sqq.* (d) *in Consens. repetit. Artic. XII. p. 476.* (e) *c. l. tb. 6: S. in Diss. de Verà poenit. (f) in Disp. Inaugur. de Centur. sub cruce Christi Lips. Anno 1698. hab: Porism. XII. (g) In der Evangel. Glaubens Lehr p. 802. (h) in Man. A. C. p. 455. (i) In der Christ- Lutherischen Vorstellung ad Artic. XII. A. C. p. 159. (k) In der übereinstimmung contra Wierhebergens. p. 151. sqq. (l) In der abgenöthigten Antwort ad Artic. XII. (m) In presat. ad Dispur. de bapismo primar. Chilicad: ad Chri. sum convers. Art. II. 3-8 Quae hic excipit D. *Spenerus peculiaris Disputatione diluit D. Hannekenius sub tit. Logi Evagantes Sc. (n) In Synopsi Controv. Sc. Aric. XXIII. qv. 2. p. 199. sq.**

§. IV. Quod speciatim Petri attinet poenitentiam, certum est, eam fuisse veram adeoque constitisse contritione & fide. De priori testantur lacrymae acerbæ & largæ, quas emitit Petrus, dum serio

serio & vehementer de peccatis dolet. Deferuerat Christum veritatemque semel agnitam; hinc illæ lacrymæ, hinc incredibili afficiebatur dolore. Bene Dn L. Engelschall (1) modo occasionem, quod serporum & cohortis colloquio delectari ceperit, detestabatur; modo carnis imbecillitatem accusabat; modo irati & omniscii Dei præsentiam trepidante conscientia verebatur. Et Cent. Mag deb. (2) Petrus, inquit, agnosci lapsus & à conspectu hominum aufugiens sciamare. Irruens exit. Hoc indicat, quam magnus dolor & quantus impetus eum inuaserit, qui ita eum premebat, ut lacrymas cohibere non potuerit tantisper donec ex aulâ excederet, nisi gradum properasset. Prius exiturus regressus est in aulam sacerdotum, ne suspectior esset metu clam se subducere tanquam conscium illius professionis & fidei, quam Pontificii oderant & persequerentur. Sed nunc verâ poenitentia ductus, non modo non se recipit, sed citatius hoc facit, quam cautio & circumspectio ferebat. Dolor igitur hic omnem superiorem carnis prudentiam excutit. Sic Josephus quondam impotens fletus tenendi, proruebat &c. Dolorem acrem intus conceptum salis & amaris lacrymis foris testatur & ut punctus mucrone illico sanguinem mittit; Sic Petrus corde compunctus lacrymas tanquam sanguinem mittit; lacrymas mittit & quidem cum verâ fide, quæ est altera poenitentia pars, immo ejus anima, conjunctas. Hoc testantur expressa saluatoris verba: Wenn du demahleinst bekehret wirst so stârcke deine Brûder. i. e. Tuum exemplum aliis proponas, quo minus graviter lapsi desperent. Quod ipsum efficere non potuisset, nisi ipse sincerâ & constante fide confirmatus fuisset. Et quid? Ipsa conversio cujus Christus hic meminit, veram fidem conjunctam habet. Qui enim convertitur è statu peccati in statum fidei transfertur conf. Apol. A. C. (3) Dn. D. Schelgwigius (4)

(1) c. l. Aphor. VII. p. 51. (2) Cent. I. lib. I. c. IV. f. 150. de Contrit.
(3) p. 162. 165. de Poenit. Petri. (4) cit. loc. Qu. 3. p. 201.

S. V. Sic ergo Petrus suô comprobatur exemplo renatum in gravissima incidere peccata; suo comprobatur exemplo peccatorem etiam gravissimum, gratiæ Divinæ ad poenitentiam ducenti, non reluctantem è tenebris ad lucem pervenire posse. Quod superest, quisq; sibi dictum putet illud dulcissimi Salvatoris monitum: Poenitentiam agite & credite Evangelio Marc. Iv. 15. Deo autem Trinituno poenitentia Autori sit honor & gloria in seculorum secula Amen!



Ad
Pereximium DN, RESP. DEICHIUM.



*Dives * hic est!* Sic transpositum Te nomen
honorat :

Laudari calamo vix meliore potes.
Non equidem Tua quæ fortuna sit; ast scio,
quod sint

Corporis ac animi sat bona multa Tibi:
Quod pietate, quod & studio virtutis abundes,
Ingenio præstans, eloquioque valens.

Has quoque *divitias animi* Tua pagina monstrat;
Hac facile prodis cognitionis opes.
Augeat, oro, DEUS bona, DEICHI, cœpta secundet,
Quilibet ut possit plaudere: *dives * hic est!*

* *Deichius:*
Dives hic.

LM 2.

A. D. HABICHHORST, D.



Semper quod verum ; semper quod Lumine
Verbi

Dignum ; quod sanctum, semper amare
cupis &

Semper ama ; non quod Doctor sic sentiat ; ast
quod

E DOMINI Verbo sic didicisse datur,

);(

Sic

Sic, quod de Judâ cathedram resonare maligno,
Deque Petro cathedram nunc resonare facis,
Jure probas, DEICHI *studiose*, quid orcus acerbus,
Orbis quid petulans dixerit, haud metuens.
Verâ DEUS, qui sancta, fovet: sed vera ferantur
Sanctè, nec vanè sunt meditanda sacra.
Sic age, sic loquitor, sic Te DEUS ipse gubernet,
Sic studiis veniet meta sacrata Tuis.

Cum voto felicioris successus f.

J. P. Grûnenberg, D.

Ad

Præstantissimum

DN. RESPONDENTEM

Amicum svavissimum,



ngenii vires monstras, charissime DEICHI,
Pulpita dum scandis, robora dante DEO.
Maacte piis ausis, sic certè palma sequetur,
Et veniet famæ lausque decusque tuæ.

Cum amplissima beatitudinis voto

scr.

PRÆSES.

DU

Nil lässest deinen Fleiß mit Freuden jeho sehn/
 Da man dich sieh'r vergnügt auff den Catheder
 gehn.
 Drum wünsch ich / wehrter Freund / daß du magst
 alles finden /
 Was Glück und Ehre kan mit deinem Lob ver-
 binden.

*Mit diesen wenigen Zeilen wolte dem Dn. Respon-
 denti, seinem wehrtesten Freunde und fleißigen
 Auditori wohlmeinend gratuliren*

M. HENRICUS ASCANIUS *Engelke*/
 SS. Theol. Cand.

Non sedisse juvat Te, DEICHI! semper in umbra;
 In lucem penetras, ingeniumqve colis.
 Gratulor hos ausus. Sic perrexisse pigebit.
 Te nunquam. Excipiet messis opima fata.

Benevolentia restanda causa app.

M. E. D. HALTERMAN.

Хорошо

Quanta tibi Ingenii sit Vitae DVM, pVLta signant;
 Grator: Ut eVeniant qVæ tibi faVita preCor.

*Hiscaminis, Nobiliss. Dno, Respondenti inter amico-
 rum numerum primo gratulari voluit debuit*

DAVID FRANCK, SS. Th. Stud.
 Heut

Hutda mein liebster Freund / mein Freund
von so viel Jahren/
Auf die Catheder steigt / zu hohen neuen
Ruhm /

So wil ja nöthig seyn / auch keinen Fleiß zu spahren /
Zu zeigen daß sein Lob/ auch ist mein Eigenthum.
Drum fahre ferner fort / laß hierbey nicht bewenden /
Der HERR / das wünsch ich dir / geb dazu alles Glück
Er woll' aus seinen Thron dir starcke Hülffe senden
Daß bald nach dieser Prob erfolg das Meisterstück.

Dieses wolte aus erfreueren Gemüthe dem Hn.
Respondenti offeriren dessen behartiger
Freund

J. G. A. Seld/Neokirch: Francus.
S. Theol. Studiosus.



Wilffest deinen Geiſt mit Freuden jeho
Da man dich ſieh' vergnügt auff der
geh.

Drüm wüſch ich / wehrter Freund / daß
alles ſinden
Was Glück und Ehre kan mit deinem
binden.

Mit dieſen wenigen Zeilen wolte dem
denti, ſeinem wehrteſten Freund
Auditori wollmeinend gratulir

M. HENRICUS ASCANIUS
SS. Theol. Cand

Non ſediſſe juvat Te, DEICHI! ſempe
In lucem penetras, ingeniumque co
Gratulor hos auſus. Sic perrexiſſe
Te nunquam. Excipiet meſſis

Benevolentia reſtandæ ca

M. E. D. HAL

αενοδισιχου

Quanta tibi Ingenii ſit Vitæ DVM, pVLpH
Grator: Ut eVeniant qVæ tibi ſa Vita

*Hiframmentis, Nobiliſſ. Dno, Reſponden
rum numerum primo gratulari vo*

DAVID FRANCK, S

735

